



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla XXIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

Regulæ vtriusque iuris selectæ . 12

Bald. in c. j. in §. iniuria de pace iur. fir. in V. si. feu. & in l. ij. C. de reb. credi. Corser. in sing. inci. testis. el. 12. Ias. in l. & si ll. nu. 5. C. si contra ius vel vtili. publi. & in l. si duo patroni. §. si. nu. 5. ff. de iureiur. in §. item si quis postulante. nu. 64. Insti. de actio. Barthol. Chaf. in confue. Burgund. rub. j. in tit. (des iustices. } fol. 14. col. iij. nu. 15. pro quo est gloss. in c. rex debet furta. xxiiij. q. v. probatur de iure nostro regio in l. xxvj. tit. xj. par. 3. & in l. 83. Tauri.

REGVLA XXVIII.

ACCVSATIO facta de crimine, vel inquisitio tanquã cõmissa certo tẽpore vel loco, si probetur de alio tẽpore, vel loco, debet sequi absolutio. Hęc regula probatur in l. denuntiaste. in §. quid tamen ff. de adult. ponitur per Docto. in l. si per alium. in §. docere. ff. ne quis eũ, qui in ius vocat. est vi exi. Iaso. in l. interpositas. C. de transf. Floria. in l. si cui. ff. quẽadmo. seruit. amittã. Angelus in l. quid ergo. §. pena grauior. ff. de infami. Canon. in c. licet causã. de probationibus.

1 Limita primo, quando locus vel tempus non esset variabile: quia esset impossibile quod sit nisi vnum: quia tunc licet non probetur locus vel tempus in accusatione deductum, debet sequi condemnatio, ex quo locus vel tempus non alterat ipsum factum vel pœnam: Ita tenet Ange. de Perus. in d. §. quid tamen nn. 4.

2 Secundo fallit, quando inquisitus esset confessus delictum: Ita tenet Angel. in l. si vacantia. col. 33. versi. quero si inquisitus. C. de bonis vacan. lib. x. de quo vide Bald. qui videtur aliter dicere in l. quoniam in ff. de his qui not. infra.

3 Tertio limita, quando in inquisitione esset clausula, quæ cõmuni ter solet apponi, videlicet super quibus omnibus & singulis proceda re intendit simul & diuisim, & omni meliori modo quo potest: Ita tenet Bal. in l. et si seuerior. C. de his qui not. inf. Flor. in l. in delictis. in §. si detracta. in ff. de noxa. Ange. Aret. in tracta. maleficio, in parte, super quibus omnibus & singulis, nu. 4.

REGVLA XXIX.

ACCVSATVS non potest reaccusare accusatorem suum post nomen rei receptum inter reos. Probatur hęc Reg. in l. is qui reus. ff. de pub. iud. in l. neganda. C. qui accusa, non poss. in c. neganda. 3. q. 2. de iure Regio. tex. in l. 4. tit. j. par. 6.

Limita hanc Regulam decem modis, vt per Maria. Soci. in c. ex literis. a nu. 69. vsque ad nu. 79. de mutuis petitio, vbi in nu. 65. ponit quando dicatur nomen rei receptum inter eos.

REGVLA XXX.

AD cõpromissum faciendũ iudex partes litigantes cogere nõ potest.